


Honor Novissimus Viro ... Dn. Friderico Corfey, Qui Lemgoviae, Westphalorum Urbe, Viris Clariss. nobili, Anno Chr. 1576 natus, Gustrovii Animam post Consulatum & Syndicatum ultra viginti annos laudatissime gestum, in vera veri Dei, & quem misit, Jesu Christi, invocatione 21. D. Iuni[i]. Hor. 1. noct. Anno 1650. exhalavit, Corpus vero Terrae, Matris communis, gremio sequestrandum reliquit, Observantiae debitae, condolentiaeq[ue] testificandae ergo

Rostochi[i]: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770462839>

Druck Freier  Zugang



CARMINA
in F. Corfey.
R. (1650.)

28

HONOR NOVISSIMUS
Viro Magnifico, Amplissimo, & Consultiſſimo,
DN. FRIDERICO
CORFEY,

Qui
Lemgovia, Westphalorum Urbe, Vi-
ris Clariss, nobili, Anno Chr, 1576 natus,
Gustrovii

Animam post Consulatum &
Syndicatum ultra viginti annos lau-
datissimè gestum, in verà veri DEI, & quem mi-
sit, JESU CHRISTI, invocatione 21. D. Junl.


Hor. I. noct. Anno 1650. ex-
halavit,

*Corpus verò Terra, Matris communis, gremio se-
questrandum reliquit,*

Observantiæ debitæ, condolentiæq; testifi-
candæ ergò

Exhibitus

Ab Amicis.



ROSTOCH, Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.



SI merita in PATRIAM, si magne gloria fama,
Si dotes animi, venerandaq; dogmata JURIS
Eriperent letho quenquam, aut feralibus umbris.
DOCTOR CORFEIUS, cunctis his dotibus au-
Viveret, & nondum gelido condenda sepulchro (ctus
Membra daret, verum lumen vitale reliquit,
Nec pietas, nec cana fides remorantur euntem.
Hinc plebs, hinc equites lugent sanctusq; **SENATUS**.
Non tamen in totum nobis est **CONSUL** ademptus.
Sed meliore sui nunc vivit parte beatus,
Adscriptus **SUPERIS**, & ab omni fece solutus
Illius & fama est nullo delebilis ævo,
Quæ nostrâ nostris cum laude sonabit in oris
Dum Nebula in Varnum, Varnusq; recurret in æquor.

*Ita obitum verè luctuosum Amplissimi Dn. CONSULIS,
Affinis sui patriæ loco venerandi cum lacrymis
prosequitur*

M. Zacharias Schröder.

Beatis Manibus & æviternæ memoriæ sacrum.

I.

KORFEIUS nostra **CONSUL** dignissimus Urbis
Syndicus, & **THEMIDOS** gloria rara sacra,
Exspirans animam terræâ mole relicta
Curarum liber calicæ regna petiit.
O tristem noctem! quâ nostrum deserit orbem,
Qui nobis alter **PAPINIANUS** erat.
Nox manet, atq; **THEMIS** lugeat, languetq; fœtus
Ut solet, aurarum non sinit esse caput.

Nam

Nam bene de PATRIA meritorum FATA piorum
 Infaustum sub se sapius omen habent.
 Scipio cum Roma subiisset fata, Metellus
 Actutum rales edidit ore jonus:
 Festini properate viri, concurrere Cives,
 Mania quassantur, CONSUL & ipse obita
 Sic non immerito vos Cives alloquor omnes.
 Quem non commoveat funerus atra dies?
 Quam PATER eripitur, dum NATAM lege jugali
 Elocat, & thalami publica festa parat.
 Ergo ire exequias vos quosquos adestis in Urbe,
 Conferim & tanto solvite iusta VIRO.

II.

Wo sind die theuren Männer/ die aus Westphalens Land
 Zu uns geführet hat des grossen Gottes Hand?
 Herr Cothman (a) ist gestorben vor Sechs vnd zwanzig
 Jahren.
 Herr Lindeman (b) ist Todt/ die alle beyde waren
 In solcher hohen acht/ vnd wurden mannigfalt/
 Das jederman bewußt. Herr Corfey folget bald.
 Wenn ich daran gedench/ in zweiffelhafften Fällen
 Wie dieser DOCTOR kont eine rechte Meinung stellen.
 Betraure ich seinen Todt/ bevor zu dieser Zeit/
 Daofft vergeblich wird erreget grosser Streit.
 Er wußte recht vnd wol die Rechte zuverstehen
 Procels, vnd Testament / wie weit dieselbe gehen.
 O seelig ist das Land! O seelig ist die Stadt.
 Da man im Regiment solch' grauwe Häupter hat:
 Nun dieses Mannes Ruhm / vnd Lob wird nicht vergehen
 So lang ein Rathhaus ist / vnd Cancellerey stehen.
 Darumb ihr Musen Söhne / O ihr gelarte Schaar
 Erweist in der That / machs kunt vnd offenbar.

a) D. Erne-
 stus Coth-
 mannus
 Jctus &
 Cancell.
 obit An.
 1624. d. 13.
 April.
 b) D. Tho-
 mas Lin-
 demannus
 Jctus obit.
 An. 1632.
 d. 14. Mart

Mit Trauren/ vnd mit Klagen/ mit schönen Grab-Gedichten
Mein schwacher Sinn sol auch diß Ehrenwerck verrichten.

Meritissimo PATRIÆ PATRI DN D. FRIDERICO
CORFEO &c. summæ observantiæ, debitæq;
gratitudinis causa f.

Stephanus Hane, Verbi Minister
GustrovI ad S. Cæciliam.

Quo tua Gustrovium graviter quassata revixit
Consule saepe salus, formam meditata priorem,
Hunc Libitina gravem curis, eamq; verendum
Sustulit ante diem, simul & tibi sustulit unâ
Consilium, rarâq; fidem, longosq; paratam
Utu noticiam ante actorum juris & æqui.
O decus amissam luge, lugere probatum
Praesidium, precibusq; Deum venerare, Senatûs
Ut grato rursum coët medicamine vulnus!

Sic obitum Nectoris nostri meritissimi cum
genitu lugebam

Johann. Franciscus Clausing/ Eccles.
Parch. Gustrov.

Monodia Paregorica

SI luctus GUSTROA tibi, si justa doloris
Unquam causa fuit; nova te jam causa fatigat
Et veri & justis luctus, justiq; doloris.
PACIS DIVES, eamq; colens CORFEOUS almæ.
Diribitor Juris, & Consulissimus æqui.
Quem multos clavum Res Publica quassa tenere
Annos consiliis, curâ, gravitate, fideq;
Omnisq; officio conspexit; quem Schola sæpè
Et studia & mores juvenum cum fruge probantem
Vidit & experta est; qui sæpè audire loquentem

Ex

Ex Cathedra Pubem visus pariterq; Magistros
De rebus gravibus : tremulo en ! succisus in ævo
Occubuit jam fermè *Octogenarius* , annos
Si de mas *senos* . Stup at **GUSTRO A** dolore,
Et gemat, & mœsto suffundat lumina fletu.
Non levis est obitus, præstantum & fata Virorum
Omen habent, mihi crede , mali. Quid ? læva fuisset
Mens nisi, fat memini nobis prædicere Phœbum
Nubibus obiectum, ac elisis nubibus ignes
Disruptis, nigræ fractæq; tonitrua nubis
Non semel ingenti mentes turbasse pavore;
Heu incerta nimis mortalis tempora vira!
Cuncta ut mortali mutantur lege creata!
Dùm spes præclaras mentes subit, atq; fovemus
Gaudia certa animis, fatis urgemur iniquis.
Ac interventu fors turbans cuncta maligno
Vertit, & evertit, pede quæ consistere firmo
Fortè videbantur, mutat quoq; gaudia luctu.
Sed quæ causa subest fata incusare querelis
Velle, nec in scelerum magè lumina vertere molem ?
Dona **MAGISTRATUS** nemo negat esse piorum.
Hi prece servantur vitis sed sæpè Clientum
Ante diem pereunt. Sic stat sententia **JOVÆ**.
Hæc quia sunt, ut sunt, nec Jota hinc tollere quisquam
Unum aufit ; **DOMINUM** devoto corde rogamus,
Ut **VIDUÆ** & **NATIS** firmum duit ipse levamen,
Inq; locis **NATO** peregrinis, nuncia cujus
Tristia cor ferient, hærenti **SPIRITUS** adsit
Ex altis solido solamine. Deniq; fractam
Tu solida **CTMBAM DEUS** optime , Tu potes unus.
Tute **VIRUM**, qui sit benè suggere quæso ferendo

Consiliis, oneri tanto; gravitate, fideq;
Urbem & porrò regens, solidet sublapsa fidelè.
At Pax, CLARE tuo VIR sit Cineri, optima cujus
Est pars scripta Polo, Tumbæ ossa reposita quiescunt.
Non omnis moreris tamen; *Est tua nescia terris*
Fama super. Nosmet similis, cum iusserit idem
Diribitor, fortuna manet, propè & esse videtur
Hora, DEO cum solvemus, quæ debita legi.
Sed TU, *Urbis Columnen* tenus hac, quem cura salutis
Communis tenuit, *Vir Consulissime* salve,
Æternumq; vale. Interea tua molliter ossa
Hic recubent, dum summa dies illuxerit Orbi.

*Supremis honoribus plurimum venerandi Dn. Consulis
& Syndici, gravissimi, & Jcti celebratissimi, hoc Se-
nario Epico litare volui. debui mæstiter*

*M. Georgius Schedius, Sch. Gustr.,
p. r. Rector.*

MEcoenas venerande, quem præesse
Vidimus studio sagaciori
Tot annos populo, probis & illum
Exemplis simul & docere verbis,
(Munus Consulis optumi, parentis
Munus) quò raperis tuis mihiq;
Præstans, gloria nostra, quò corona
Virum tendis amata? Siste, siste
Gressum. Da lacrymis locum, sed cheu!
Ter surdum videor rogare fatum.
ò fallax Libitina, sæva Clotho!
Quid sævis? Inopina cura. Vappam
Mordacem mete, noxiamq; lappam.
En jam messis adest. Quid optimorum
Tu musis inhias sacris virorum.
Nil te vota movent, precesq; nostras

Rides?

Rides? Sic repeto meos phalaucos
Frustra? Sed tibi suplico Jehovah
Tu nostri miserere, Tuq; nostram
Luxatam patriam reduc in artus.

*Velut ultimi, ita debiti & nunquam morituri honorū ex-
go, optimè de hac Republica nostra merito Dn. CON-
SULI hunc erigebam cippum*

Conradus Krügerus/ Reipubl. Gultrov.
Secretarius.

Mirificus noster Deus est, & mira patrantem
Plurima, nobiscum machina tota stupet!

Præsertim quoties fruges consumere natos

Et nibili socios heic superesse sinit;

Et contra patitur lugendâ morte perire

Insignes meritis ingeniâq; Viros.

Hoc ipsum tristi nobis tristissima firmat

Eben exemplo Gultrovis alma suo!

Quippe cui nuper cecidit non Rabula quidam

Nummi vorus, vario qui replet ore forum;

Non torior legum, qui litem lise reorum

Consuit, & lucro scie vigilare suo;

Non trico, nec hirudo fori, nec scurra bilinguis,

Qui fumos spretio vendere jura solet;

Cui lites pendere diu sit summa voluptas,

Obstructo cui bos aureus ore sedet.

Heu pudor! heu dedecus sanctissima jura Themistos

Sancta, tam vafro rumpere velle modo!

Ille sed haudquaquam, quem tristi morte peremptum

Nunc deploramus, furfuris hujus erat:

Excellent sed erat juris moderator honesti,

Cujus habet paucos Patria mæsta pares.

Vir

Vir sapiens animi, vir Consuleſſimus aequi,
 Vir gravis eloquio, Vir pietate probus
 Perplexos rerum callens diſſolvere caſus,
 Ancipites calamo conſilioꝝ juvans.
 Hinc fieri nequijt, noſtri ſacer ordo Senatus
 Quin ſibi collegam jungeret huncce virum;
 Inſimul & ſummos ſaſces concederet urbis,
 Syndicus ut fieret, Conſul itemꝝ gravis.
 Quod geminum munus bis denos praſtitit annos
 Sic, ut cordatus carpere nemo queat,
 Nam fuit urbani ſemper ſtudioſus honoris;
 Communis cuſtos utilitatis erat.
 Publica privatis bona propoſuiſſe ſolebat,
 Nec propria quadam commoditate trahi.
 Cumꝝ, Magiſtratum gereret, non illius unquam
 Jure eumens voluit prava licere ſibi;
 Natura facilis, civilis & aequus in omnes
 Non aliquã faſtus aſperitate gravis;
 Non rigidus, non ore minax; affabilis omni,
 Seu vir ſeu mulier poſceret auxilium.
 Quod Cato Romana, quod erat Pompeium urbi,
 Hoc erat hic, tantum demperis arma, ſua
 O clarum virtute virum, cui civica ceriẽ,
 Si ferat hac aetas, danda corona fuit
 Tali hic & tantus quidni doleatur ademptus?
 Non plangat tali Cuſtrovis orba viro?
 Quin potius monumenta viro victura parabit
 Ipius ut quovis tempore vivat honor,
 Hocce decece cives gratos; hoc ſummus Jovah
 Flagiet; hoc maſtus ſua ve levamen erit.
 Mirificus noſter Deus eſt, & mira patrant
 Plurima nobiſcum machina tota ſtup

Dum

Dum talem tantumq; Virum, Superantibus illis,
 Quos dixi, sociis, morte minace rapis,
 Idq; velut nostram dementat opinio mentem,
 Justus non iusto tempore Jovab facit:
 Nimirum cara dum connubialia Nata
 Procurat fieri gaudia, tristis obit!
 Sed quid? tristis obit? Quin quàm lacrimis exit
 Ex hac quâ premimur valle subinde malis,
 Ad Cenam magnam properans & gaudia cæli,
 Gaudia tristificos non habitura merus:
 Quanta nec audivit quisquam, nec lumine vidit,
 Quanta nec attingi suspitione queunt.
 Hic CORFEJUS ovans & ab omni parte beatus,
 Cum Nata redit despicit orbis opes,
 Heu tristis tadas! Heu gaudia masta! dolorum
 Tristior illimes turbat amaror aquas,
 Pro-fidibus stetus sunt, pro clangore tubarum
 Plangor, pro siccharis murmura rauca nola.
 Quin lacrymis immergit Hymen, & Cypria mastis
 Et gerit in verlas ipse Cupido faces.
 Sponsus enim socero pradatus, Sponsa Parente,
 Pectoribus capiunt nil, nisi triste, suis.
 Cum primis Mater caro spoliata Marito
 Deplorat miseræ & gemit usq; vices.
 Quàm tamen assiduos paulatim sistere stetus,
 Et placidâ secum volvere mente decet:
 Quod novus hicce Gener (cujus sacer ordo Senatus,
 Et gravidam sentit Curia semper opem)
 Suppetat, & Nazus, qui Patris nomine gaudens,
 In Patris exemplum strenuus ire studet:
 Hos sibi substituit viduarum Tutor & altor,
 Ut viduam duro fasce levare queant.

B

Sed

*Sed Tu Gustavoium supplex orabis Jovam;
Ut tanto tantum surroget ipse Virum!*

Andreas Methafer/ Sch. Gustr.
Conrect.

PAlmare Juris atq; seculi Decus
Præsentis, & Caput Gustavoiensium,
A corbe Vir cognomen ac ovo trahens,
Dum nuptias suæ parabat Filiaë,
En! semet cœlestis A G N I nuptias
Libens ad invitationem Numinis
Petit supremi, nec moratur amplius,
Terris in hisce quas genus mortalium
Adornat, ut vel esset ipsa Filia.
Miraris hoc Homo? velim consideres
Mecum quid hæ sint nuptiæ præ nuptiis
A G N I; nec ullus te movebit scrupulus,
Quin ipse dixeris: Profectò nuptiæ
Mundi mihi sordent, ad A G N I cœlicas
Illas abire corde toto gestio.

Felix ter & quater Viri pars enthea
Illius, in cœlestibus cum Jesulo
Sponso suo pulcherrimo, sanctissimo,
Charissimo, suavissimo, dulcissimo,
Ditissimo, fidissimo, suavissimè
Sanctissimèq; cuncta vivens secula!
Cœlestium sed nuptiarum versibus

Can-

Cantare laudes & beatitudinem,
Audita nulli, visa nulli gaudia,
Non est mearum virium, nec seculi
Hujus labor, centum licet sint linguae,
Vel ora centum, vox vel Angelos sonans.

Hoc ponderantes quotquot unquam *Consulis*
Gravissimi mors tangit, ut tristissima
Marita, Natus unicus nec degener,
Nataeque multis diffuentes lacrymis,
Nec non uterque cum Propinquis coeteris
Gener, Piorum more plangent, mortuo
Nec invidentes tanta caeli gaudia,
Ubi reapse possidet Praenomine
Promissa dona, nempe *Pacem* caelicam,
Summos *Honores* atque caelicas *Opes*,
Sanctam precabuntur quietem corpori.

Tu verò Gustrovis Deum ter optimum
Ter Maximum votis roga, velit Virum
Huic Viro simillimum succedere.

Joachimus *Griff* / Cantor.

H *En! Senior nostra Consul Fridericus in urbe*
Eloquio praestans consilioque gravis;
En! Doctor nostra Fridericus Consul in urbe,
Qui tibi Gustrovium frons & ocellus erat,
Occidit. Immotam miseros nos lege Jehova
Horam praecipiti tristia fata manent.

B 2

In-

*Indocti, docti, tandem discedimus omnes
Nec Mortam tardant curia jura, torus.
Effluxisse patet nostra quum clepydera vita,
Est felix, quem non labis arena premit.
Vena riget mœrore. Darem jam disticha plura,
Sed qua non possum fama loquetur anus.*

Perquam venerando DN CONSULI Seniori
ICTO celeberrimo novissimi honoris jure
hiscelmq; assurgo, lito inter lacrymas

Blasius Grabius, Sch. Gustr. p. t. Subconr.

Fluctuat, & vario patitur sub turbine pectus
Affectuum miseris modis,
Mens mea vix meminisse sui valet, imo fatiscit
Oblita ferme muneris.
En ego, qui tenus-hac læto sub pectore verso
Quæcunq; jucundissima;
(Festa Tori, lituos, chordarum murmura, plausus,
Consortium suavissimum,
Pocula sana tibi, non sana mihi, popaniq;
Lautas dapes, & cætera:)
Adverso rapi or præter spem flumine, turbat
Amaror omne gaudium,
Chorda silet, lituus raucescit, Præfica pulsat
Fores, ubiq; luctus est.
Quem non turbaret tam diversissima rerum
Facies? homo sum, non lapis,

Occu-

Occubuit **CONSUL** noster, qui sacra parabat
Connubii Gnatae suae!

Musa novis Tædis hymenæia Carmina **NATÆ**
Meditans coacta substicit,

Et turbata pio luget cita funera Lessu
PARENTIS, ah dolor! dolor!

O spes fallaces hominum! proh irrita vota!
O mortis inclementiam!

Plange Themis, cecidit tibi Consultissimus æqui
JURISq; **DOCTOR DUPLICIS**.

Flete Viri quotquot generoso sanguine creti
Vestrum **PATRONUM** maximum,
GUSTROVIUM *Civem*, quo vix servantior alter
Fuit *Æquitatis* defleas.

Flete boni Cives vestri properantia fata
Cum **CONSULIS**, tum *Syndici*,

Abscissi luge **CAPITIS** sacer Ordo Senatus
Canos, decus Prudentiæ.

Funde pias lacrymas Soboles non degener, orba
TUTORE fido maximè. (es

ALME PARENS mundi, Viduarum Fautor,
Benigne publicæ Rei, (& Autor

Dignum redde Virum Rostris; solare, tuere
Cum Liberis Viduam, precor.

Fridericus **Wiemann** /

Gustrov, Schol. Coll.

B 3

In

Eheu! praeproperè vitales deserit auras
 Excellens Doctor magnus Urbis honos,
Consilii cuius Respublica perbenè crevit,
 Nunc jacet exanimis contumelandus humo.
Hujus fata dolent omnes jam sanguine juncti,
 Collegæ, cives tristia fata dolent.
At solare, Deus, quos hic dolor urget tangit,
 Influctumq; bonâ sorte repende malum.

Eberhardus Andreas Amselius,
Scholæ Gufr. p. t. Collega.

Si fata suprema Josiæ
 Proles Isaica luxit
Ploratu prompta frequensq;
 Celebri si splendida Roma
Dignata est funere Paulum,
 Qui quondam Persea Regem
Superavit fortibus Armis;
 Quidni Respublica planctu
Venerandum CONSULEM amaro
 Deploret, eiq; suprema,
Exsolvat debita busto,
 Siquidem pietate Josiam
Priscum referebat, eratq;
 Metuens Ter - Numinis almi.
Nunc verò mole laborum,
 Curis quoq; fractus acerbis
Corpus mortale reponit,

O Je-

O Jesu Christe Redemptor,
Rerum Servator ab ævo
Et Regum Maxime Princeps,
Alium tu suffice Patrem,
Qui dirigat Urbis habenas!

Sic doloris & honoru testandi ergo *Ἐπίθυσιν*

Dr. CONSULIS deplorat

Georg. Christian Holtzappel/
Gerbeshusâ Mogunt.

In sanctam Apotheosin

Cognati sui honoratissimi

DN. D. FRIDERICI KORFEIEN,
Senioris.

Westphala terra dedit Korfeium, Baltica Rostra
Exornant MITRAS; sed HONORES consulis ultra
Gustrovis, & tandem magno mænore sepulsat.

Vix illo melior, vix excellentior alter

Exiit Astræ cultor, Themidosq. sacerdos.

Westphalen werthes Land hat diesen Mann geboren/
Der Edle Rosenstock zum Doctor bald erkohren/
Hernach zum Syndicat, Güstrow der Wenden Stadt
Vnd Burgermeister. Ampt mit ruhm erwöhlet hat.

Denselben thewren Mann mit Leid vnd grossen klagen
Muss vnser Stadt vnd Land zum Grab' jetzt lassen tragen:

Doch fama giebet Ihm dieß Zeugniß auff der Erd'
Dass nu vnd jammerdar sein Nam sey lobens wehret.

Ultimi honoris ergo scribit

Caspar Friderich Coch,
Gustroy. Megapol.

De.

DEslevère suos Vatesq; Ducesq; decenter
 Ifacidæ, & luctus signa dedere sui,
 Sic olim Samuel Vates, judexq; severus,
 Cum sua clausisset lumina morte piâ
 Omnis turba Deo sacrato fœdere juncta
 Luxit eum, & regio plena dolore fuit,
 Qui populo dixit bis denos jura per annos,
 Clarus honore foris, charus amore domi,
 Quis nostrûm jam non parili pietatis amore
 Urnam CORFELI condecorare velit?
 Urbis honoratæ qui rexit Consul habenas,
 Jura ministrando civibus æqua suis,
 Ipse suos rexit cives simul atq; clientes,
 Non secus ac Natum dirigit ipse pater,
 Pro tantis meritis annon qui præmia digna,
 Et multa auferret munera, dignus erat?
 Dignus erat: meruit doctrina atq; ardua virtus
 Nec non Hercules, quem tulit ipse, labor.
 Ergo confertim supremos *Consuli* honores
 Solvite, & illius membra locate rogò.

*Observantia erga DOCTOREM, & CONSULUM.
 LEM piè defunctum contestanda causa
 apposuit.*

Martinus Sturtzius, Gustrov.



Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

O Jesu Christe Redemptor
Rerum Servator ab ævo
Et Regum Maxime Princeps
Alium tu suffice Patrem,
Qui dirigat Urbis habenas!

Sic doloris & honoru testandies
Dr. CONSULIS
Georg. Christia
Gerbeshus

In sanctam Apothece
Cognati sui honoratissimi
Dn. D. FRIDERICI KO
Senioris.

Westphala terra dedit Korfeium, B
Exornant MITRA; sed HONO
Gustrovius, & tandem magno mærore sepu
Vix illo melior, vix excellentior alter
Extitit Astræe cultor, Themidosq; sacerdos.

Westphalen werthes Land hat die
Der Edle Rosenstock zum Doctor
Hernach zum Syndicat, Gustrorw de
Vnd Burgermeister Ampt mit ruhm e
Denselben thewren Mann mit Leid vnd g
Mus vnser Stadt vnd Land zum Grab' se
Doch fama giebet Ihm dieß Zeugniß at
Daf nu vnd jammerdar sein Nahm sey le

Ultimi honoris er
Caspar Fr
Gustro

